i iniquitatem nostre
dolui more suo dominus
purgare eum de plaga
[...]ritis propter peccatum animam
vestram videbitis semen lon
gevum et dominus vult auferre
dolore animam eius ostendere
illi lucem et formare intel
lectum iustificare iustum bene
servientem pluribus et peccata
eorum ipse portavit propterea ipse
hereditabit plures et for
tium dividet spolia propter quod
tradita est ad mortem anima eius
et inter iniquos estimatus est
et ipse peccata multorum porta
vit propter peccata eorum traditus est
ei de vso. Iam vero de ecclesia
quod sequitur audiamus.
Letare inquit sterilis que
non paris erumpe et cla
ma que non parturis quoniam
multi filii deserte magis
quam eius que habebat vi
rum. Dilata locum tentorii
tui et palos caularum tuarum
fige. Noli parcere, prolonga
funiculum tuum et palos tu
os conforta. Adhuc in dex
tram et sinistram partem
extende et semen tuum he
reditabit gentes et civita
tes desertas inhabitabis.
Ne timeas quoniam confusa
es quoniam confusionem eternam
oblivisceris et obprobrium
viduitatis tue non eris
memor quoniam dominus faciens
te dominus sabbaoth nomen eius
et qui eruit te ipse deus
israel universe terre vocatur
et cetera. Verum ista sunt satis
et in eis sunt exponenda non
nulla. Sed sufficere arbitror
que ita sunt aperta ut etiam
inimici intelligere cogantur
inviti. Capitulum xxx.

Micheas propheta christum
in figura ponens ma
gni cuiusdam montis hec
loquitur. Erit in novissimis
diebus manifestus mons domini
paratus super vertices montium
et exaltabitur super colles
et festinabunt ad eum plebes
et ibunt gentes multe et
dicent venite ascendamus
in montem domini et in domum
dei iacob et ostendet nobis
viam suam et ibimus in se
mitis eius quia ex syon pro
cedet lex et verbum domini de
ierusalem et iudicabit inter
gentes multas et redarguet
et gentes potentes usque in lon
ginquum. Predicens iste pro
pheta et locum in quo natus
est christus. Et tu inquit beth
leem domus ephrata ne
quaquam minima es ut sis in
milibus iuda. Ex te mihi pro
diet ut sit in principem
et egressus eius ab initio et
a diebus eternitatis. Propterea da
bit eos usque ad tempus quo
parturiens pariet et re
liquie fratrum eius convertentur
ad filios israel et stabit et
videbit et pascet gregem
suum in virtute domini et in honore